

breuiter explicabimus. Cūcta siquidem plene describere op9  
faceret immensum. Annos igitur denotemus.

**A**nno domi millesimo cētesimo .lii. Frideric9 rex efficitur  
vt supra dictum est. Anno domini millesimo cētesimo  
liii. Eugeni9 papa moritur. cui succedit Anastasi9 naci  
one romanus. sedit annum vnū mēses quatuor. Eo anno ca/  
pta est a xpianis ciuitas Scalona. Diuorciū quoq; factum est  
constancie inter regem et adlam filiam Dycpoldi marchionis.  
Anno domini millesimo cētesimo .liiii. Anastasius papa mori  
tur. cui Adrianus quart9 genere anglic9 successit. sedit annos  
quinq; menses tres. Eo anno reatum ciuitas capta est reedifica  
ri. & in kalendis octobris sol obscuratus est p totam diē. ita q  
luna videbatur. Tunc frideric9 rex expeditionē romanam ag  
gressus est. Anno domini millesimo cētesimo .lv. Frideric9 im  
periali benedictione ab Adriano papa sublimat. In festo sancti  
michaelis recedens & post annū eodem tpe reuertēs. Anno do  
mini millesimo cētesimo .lvi. Imperator veniens in lombardiā  
contra mediolanēses cepit pugnare. Anno domi millesimo cen  
tesimo .lvii. Nix magna et frigus insolitū circa passionē domi  
inhorruit. q; mortalitas hominū ad tempus & exustio magna  
et maxima p totam estatē est subsecuta. & in kalend' iulii ma  
xima feueritas grandinis et tanta cōbussio ventoz inualuit. vt  
non solum segetes cōsummeret et arbores euelleret. sed etiā edi  
ficia castroz municiones humo psterneret. & in aliquib9 eccle  
siis campanaria cū campanis deiecta cōfrigeret. Anno domini  
millesimo cētesimo .lviii. Impator secundā expeditionem mouit  
in ytaliam ppter secundā rebellionem mediolanensiu. Tunc lau  
dam muris firmavit. & mediolanēses obsidere cepit et vastare.  
Anno domi millesimo cētesimo .lix. Principes qui relictī fue  
rant impatorem subsequunt. Heinric9 videlicet dux saxonum  
circa penthecostē cum impatore in mille ducētis loriceis. Velfo  
vero circa festum sancti michaelis cū trecentis loriceis. Eo an  
no adrianus papa cui alexander tert9 natione tuscus successit  
& scisma oritur. quod fere per viginti annos durauit. Omēs  
autē anni alexandri sunt circiter .xxiiii. Anno dñi millesimo cē  
tesimo .lx. Impator iam tercio rura mediolanensiu vastauit &  
creman expugnauit. vbi quidā principes ab impatore ad sua  
negocia recesserunt. Anno domi millesimo cētesimo .lxi. Impa